

prefatus Dominus noster Rex ad dictorum vniuersorum Nobilium Regni Scla-
 uonie supplicationem, propterea Sue Maiestati porrectam, eisdem prescriptis in-
 iustis et superfluis tributis gratiam fecerit, et in deposita esse promiserit ea con-
 ditione, vt ipsa tributa amodo et in antea in dampnum et iniuriam quorumcun-
 que tam mercatorum, quam questorum et ceterorum cuiusuis status et condicio-
 nis hominum non fiant, sed eorum possessores et officiales, atque amministratorum
 vt tributarii, iustis duntaxat, rectisque et conuenientibus exactionibus vti et eis
 contenti esse debeant, idem Dominus noster Rex nobis firmiter dederat in man-
 dato, vt exactiones huiusmodi tributorum seu Theloniorum quorumcunque Nobilium
 et possessionatorum hominum huius Regni et in quibusuis Comitatibus et locis
 in hoc Regno Sclauonie existencium, et exigi solitorum, in octauis festi beati
 Georgii Martyris vnacum Regni Nobilibus ordine debito limitare et moderare
 deberemus. Ipsi itaque octauis occurrentibus, nos vna cum vniuersitate Nobilium
 dictorum Comitatum ipsius Regni Sclauonie in exactionibus et solucionibus tri-
 butorum seu theloniorum quorumcunque, de mandato et voluntate eiusdem Do-
 mini nostri Regis limitationem infra declarandam cunctis futuris perpetuis succes-
 siuis temporibus duraturam, Comitatus prescriptis duximus imponendam atque sta-
 tuendam eo modo: Primo videlicet de singulis curribus balarum ligatarum flore-
 nus vnus exigatur, item de curru onerato cum pannis more balarum non ligatis
 florenus medius, item de pannis sericeis et aliis pannis preciosis Italicis, specie-
 bus, oleo, ficibus et aliis rebus maritimis de Italia deferendis, a quolibet pon-
 dere soluantur denarii quatuor, iidem de pomis naranchet pamagranatis de pondere
 denarii duo, item de curru onerato cutibus ligatis florenus medius, item de curru
 onerato salibus lapideis, si fuerint centum, vel vltra, denarii quatuor et lapis
 vnus, et si non fuerint sales centum, denarii duntaxat quatuor, item de salibus
 maritimis de quolibet curru onerato medietas vnus metrete vlgariter chetherth
 mensure ciuitatis Montis Grecensis de iisdem salibus et denarii quatuor reci-
 piantur, item de curru onerato velleribus denarii quatuor, item de curru onerato
 ferro denarii quatuor, item de curru onerato piscibus recentibus denarii quatuor,
 item de medio curru piscibus onerato denarii duo, item de curru onerato pisci-
 bus salsis denarii sex, item de curru onerato piscibus siccis denarii sex, item
 de curru onerato tritico et aliis bladis denarii quatuor, item de medio curru
 onerato cum eisdem bladis denarii duo, item de curru onerato vino vel cer-
 uisia denarii quatuor, item de curru onerato laridis et arinuus denarii quatuor, item
 de curru onerato cera denarii quatuor, item de curru onerato pellibus pellificum,
 denarii quatuor, item de curru onerato subbis et aliis pellicis denarii quatuor,
 item de curru onerato lino denarii quatuor, item de curru tela onerato denarii
 quatuor, item de curru panno albo vlgariter Darowch onerato denarii quatuor, item
 de curru onerato melle denarii quatuor, item de curru onerato cordis seu funiculis
 denarii quatuor, item de curru onerato ollis et quibuscunque aliis linifigulorum
 artificiis denarii quatuor, item de curru e mercibus sutorum onerato denarii qua-
 tuor, item de curru maluasia onerato denarii duodecim, item de vno equo onerato
 de rebus cuiuscunque generis denarii duo, item de bigis oneratis quibusuis re-
 bus denarii duo, item de vno boue denarius vnus, item de porcis et vaccis
 denarius medius, item de equis minoribus non babatatis et cabellis denarius vnus,
 item de equis sellatis magnis denarii quatuor, item de quinque ouibus denarius
 vnus, item de caseis, ouis et aliis similibus, que mulieres solent super capita por-